

279a *Olavus Petri, the dean of the cathedral of Skara,*¹⁵⁴ once ordered his men to arrest a layman, Peter Simonsson, who on several occasions had attacked one of Olavus's tenants and whom Olavus wanted to bring to court and punish. Peter did not surrender to the men coming to arrest him, and in the fight that followed he as well as one of the dean's men were injured. Peter was taken to jail, but was released the next day after interrogations. A few days later, Peter died from the wounds he had suffered in the fight. Julianus, cardinal bishop of Ostia, refers the case to the auditor Anthonius de Grassis and commissions the diocesan bishop of Skara to declare Olavus innocent of homicide and not irregular or disqualified, on condition that the facts above are true.

Olavus Petri presbyter Scarensis ecclesie decanus *exponit*, quod, cum
 alias quondam Petrus Simonis laycus, dum adhuc viveret, quendam
 colonum seu prediorum suorum inquilinum sepe invaderet seu per-
 sequeretur, ipse exponens volens ipsorum tam Petri invasoris quam
 5 coloni sui indemnitati hincinde subvenire quosdam famulos duntaxat
 ad capiendum dictum Petrum invasorem et, ut eum captum ad se caute
 duxerent, eis committendo transmisit. Qui famuli, / cum tarde et in
 noctis crepusculo dictum Petrum declinantem et vociferantem ex hoc
 10 fuerunt. Quos tum dictus Petrus sensisset insequentes eum, arcum eius,
 quem et tunc secum et in suis manibus ferebat, tetendit et telum
 impositum ex eo emisit, cum quo quendam ex famulis predictis armis
 tamen protectum sagitavit. Illo ob hoc illeso remanente qui tunc
 15 famulus volens similiter iniuriam propulsare et ipse arcu suo, quem
 similiter in suis ferebat manibus extenso et per eum ex illo telo super-
 posito et emisso dictum Petrum invasorem et in illius pectore vulnera-
 vit. Qui Petrus cum arcu, quem adhuc in suis manibus tenebat, eundem
 famulum, qui eum, ut prefertur, sagitavit tetigitque, et in illius capite
 20 percussit et vulneravit. Attamen et dictus Petrus invasor postea victus et
 captus in carcerem ea nocte est ductus. Qui et altera sequente die se
 humiliando et de ulteriori molestia exponenti ac suis et famulis pre-
 dictis et per eum amplius et in futurum non inferenda promissione facta
 et a carceribus liber est dimissus. Qui tamen paucis postea diebus
 25 superveniens diem vite sue clausit extremum. Cum autem, pater sancte,
 dictus exponens in morte dicti Petri alias, quam ut premititur, culpa-

33:172v

173r

279a Rome xvi Kalendas Martii *in marg. sin.*; Scarensis *in marg. dext. fol. 172v*. | **279a,1** Olavus] Alavus *cod.* | 5 sui] frui *cod.*; *cfr n. 279b,8*. | 9 magis *ex ing- vel sim. corr. cod.* | per visum] *fort. perperam pro perversum*; *cfr n. 279b,12*. | 24 superveniens] *fort. perperam pro supervivens*; *cfr n. 279b,26*. | 25 alias quam] *absquam ut vid. cod.*

154. For Olof Petersson, dean of Skara, see SDHK 30337 (1478) and 32185 (1489 20/1).

bilis non fuerit, ymo de ipsius morte subsecuta ab intimis doluerit et doleat impresentiarum, cupiatque dictus exponens ex magno devotionis fervore in omnibus etiam sacris et presbyteratus ordinibus suis licite ministrare, a nonnullis tamen ipsius exponentis emulis [ut] asseritur ipsum propter premissa homicidii reatum etc. incurrisse et propterea in omnibus suis etiam presbyteratus ordinibus ministrare non posse. Ad ora igitur talium etc. et emulorum obstruenda supplicatur eidem sanctitati vestre pro parte dicti exponentis, quatenus ipsum occasione premisorum nullum homicidii reatum incurrisse nullamque irregularitatis maculam seu inhabilitatis notam contraxisse sed predictis non obstantibus in dictis suis etiam sacris et presbyteratus ordinibus libere et licite ministrare posse misericorditer declarari mandare dignemini de gratia speciali. Fiat ut infra. Iulianus episcopus Brethonoriensis regens. Committatur ordinario, et, si vocatis vocandis sibi constiterit, quod exponens consilio, auxilio, favore, adortatione aut alias, quam ut premititur, in morte dicti Petri culpabilis non fuerit et de aliis expositis, declaret, ut petitur.

279b¹⁵⁵ *Julianus, bishop of Ostia, commissions the bishop of Skara or his representative to investigate the facts and circumstances (cf. no. 279b) given by Olavus Petri, the dean of the cathedral of Skara, and, after having established that they are true, declare him innocent of homicide and not irregular or disqualified.*

RAp

Venerabili in Christo patri Dei gratia episcopo Scarensi vel eius vicario in spiritualibus Iulianus miseratione divina episcopus Ostiensis salutem et sinceram in Domino caritatem. Ex parte Olavi Petri presbiteri decani ecclesie Scarensis nobis oblata petitio continebat, quod, cum alias quondam Petrus Symonis laicus, dum viveret in humanis, colonum quemdam seu prediorum suorum inquilinum sepe invaderet seu persequeretur, ipse exponens volens ipsorum – tam Petri invasores quam coloni sui – hincinde indemnitati subvenire quosdam famulos duntaxat ad capiendum dictum Petrum invasorem et, ut eum captum ad se ducerent, eis comittendo transmisit. Qui famuli, cum tarde in noctis crepusculo dictum Petrum declinantem et vociferantem ex hoc magis

279a,30 etc] *scil.* et irregularitatis maculam *vel sim.*; *cfr n.* 279b,34 et e.g. n. 143,11. | **32** etc] *scil.* et aliorum sibi super hoc in futurum forsitan obloqui volentium; *cfr n.* 279b,36. | **37** *mandare scripsi, ministrari cod.* | **279b** Videat eam dominus A(nthonius) de Grassis *in marg. sup.*; Visa per me *in marg. sin.* (lin. 5); A(nthonius) de Grassis auditorem *in marg. dext.* (lin. 5); F. Ro- sex tur. -sa; Condolmario *sub plica*; M. de Magistris *in plica*; nomina Zuremperger et Io(hannes) de Medina *in tergo; sigillum deest.*

quam perversum esse considerassent, ipsum tunc insecuti fuerunt. Quos cum dictus Petrus sensisset insequentes eum, arcum eius, quem et tunc secum et in suis manibus ferebat, tetendit et telum impositum ex eo
15 emisit et quendam ex famulis predictis – armis tamen protectum – sagittavit. Illo ob hoc illeso remanente qui tunc famulus volens similiter iniuriam propulsare et ipse arcu suo, quem similiter in suis tenebat manibus, extenso et per eum ex illo telo superposito et emisso dictum Petrum invasorem et in illius pectore vulneravit. Qui Petrus cum arcu,
20 quem adhuc in suis manibus tenebat, eundem famulum, qui eum, ut profertur, sagittavit tetigitque, et in illius capite percussit et vulneravit. Attamen et dictus Petrus invasor postea victus et captus in carcerem ea nocte ductus est, qui et altera sequente die se humiliando et de ulteriori molestia exponenti ac suis et famulis predictis et per eum amplius et in
25 futurum non inferenda promissione facta et e carceribus liber dimissus est. Qui tamen paucis post diebus supervivens, sicut Domino placuit, diem suum clausit extremum. Cum autem, sicut eadem subiungebat petiitio, dictus exponens alias, quam ut premittitur, in morte dicti Petri culpabilis non fuerit, immo de eius morte ab intimis doluerit, prout
30 dolet de presenti, cupiatque ex magno devotionis fervore in omnibus suis etiam presbiteratus ordinibus ministrare et altissimo Domino perpetuo famulari, a nonnullis tamen simplicibus et iurisdictionis ac ipsius exponentis forsitan emulis asseritur exponentem ipsum propter premissa homicidii reatum incurrisse et irregularitatis maculam sive inhabilitatis
35 notam contraxisse et propterea in dictis suis ordinibus licite ministrare non posse. Ad ora igitur talium et aliorum sibi super hoc in futurum forsitan obloqui volentium emulorum obstruenda supplicari fecit humiliter dictus exponens sibi super hiis per sedem apostolicam misericorditer provideri. Nos igitur auctoritate domini pape, cuius penitentiarie curam
40 gerimus, circumspectioni vestre committimus, quatenus, si vocatis vocandis vobis constiterit, quod exponens consilio, auxilio, favore, adhortatione aut alias, quam ut premittitur, in morte dicti Petri culpabilis non fuerit et de aliis expositis, super quibus vestram conscientiam oneramus, declaretis exponentem ipsum premissorum occasione nullum
45 homicidii reatum incurrisse nullamque irregularitatis maculam sive inhabilitatis notam contraxisse sed premissis non obstantibus in dictis suis ordinibus libere et licite alio sibi non obstante canonico ministrare posse. Datum Rome apud Sanctum Petrum sub sigillo officii penitentiarie, xvi Kalendas Martii, pontificatus domini Sixti pape iiii anno
50 tertiodecimo.

279b,12 perversum ex pervisum corr. RAp; cfr n. 279a,9. | considerassent scripsi, considerantes RAp per anacoluthon scriptum; cfr n. 279a,9.